

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

146. Imp. improvide subeuntem sive refrigerandi Cor-
poris gratia: quod de viro septuagenario vix est
credibile: seu ardore persequendi hostes, quod proba-
bilis, undis involvit et absorbit. heu! quanto
orbis christiani luctu! Fridericus filius exerci-
tum interitu Imperatoris maestum et anxium pita
Guillimannus: simul loquiquitate itineris desepit
et languidum Antiochiam duxit. Ibi Hermannus
Marchio Badensis valetudine extabuit. Super-
suere filij Hermannus, Fridericus et Henricus. Uxor
non nominatur, nisi M.S. ubi dicitur fuisse Ber-
tha Palatina Tubingensis et filios genuisse Her-
mannum ac Rudolphum, filiam Agnetem Duci
Lotharingis nuptam. Horum sit fides penes au-
thorem. De morte Hermannii III. sic Listorius:
Miles strenuus in expeditione Syriaca, ob. an.
1190. Henninges: miles praeclarus in Syriam
profectus, magister militie factus est. ob. an.
1190. Albigius Hermannus III. Marchio Ba-
densis, qui cum Friderico I. Imp. in Syria moritur
an. 1190.

Cap. XXIII.

De Bertholdo V. et ultimo Zeringia Duce.

Piezordius: Bertholdus V. cogn. dives, Dux Ze-
ringia

ringia, Comes Rhenfeldensis, advocatus Tigurinus, 1147.
decretâ an. 1188. sub Gregorio Pont. Max. et Fri-
derico I. expeditione asiatica, hic et Albertus
Habsburgicus primi itineri sese dederunt, et ad
Tyrum ac Icolomaidem multis fortiter gestis in
in Germaniam redierunt anno 1191. Aventicos,
Arvates, Valesianos, quorum Sedunum Metro-
lio, Alpinos aliosque rebelles domuit &c.

Anno 1191. Berchtoldus Dux de Zeringen inely-
sissimus: ita Wernerus Holewinck in fasciculo tem-
porum aetate VI. :/ jam pluribus monasteriis et mu-
nitionibus adificatis, demum hunc locum s. Bernad:/
renorum vastitate condensum humanis habitatio-
nibus aptum perlustrans versum quendam venu-
stissimum arte venatoria ibidem cepit, a quo pra-
dicto loco nomen imposuit.

Nos Bernam adificari a patre hujus Berchtoldi
captam supra judicavimus, ab isto autem supre-
nam manum impositam.

Rhenfeldam quoque manibus cinxisse fertur.
De monasteria quod attinet, omnium Sanctorum
in Nigra Sylva haud procul Oberkircha Pramon-
stratensis Ordinis Canobium, quod nobilis ^{trona} maner
Uta de Schowenburgo anno 1215. fundavit, Berch-
toldus Dux Zeringensis auxisse, et completa esse
traditur.

Anno 1198. Imperatore Henrico Friderici I. filio

148. Panormi in Sicilia defuncto, ait Guillimannus,
in Hasspurgiacis; Philippus, qui fratrum supererat
p. nam ex viribus Barbarossa filius Fredericus in
expugnatione Polemaidis occubuit, Conradus
nuperrime Durlaci occisus: / Regnum affectare,
parare amicos, hortari, alios donis corrumpere,
pluresq. promissis onerare; contra Innocentius III.
Cont. Bertholdum Zevingium, militia et opibus
florentem, et qualem tempora postulerent.
Extant ejusdem Pontificis ad Bertholdum Epistola
fragmenta, ex quibus Juris Canonici Concina-
tores Cap. 34. tit. VIII. primi Libri Decretalium
perfecerunt, qua ostendit, Electionem Imperatoris
ad Germania Principes pertinere, sed Pontificis
Romani epe Electum examinare, approbare,
inungere, coronare, si est dignus, vel rejicere,
si est indignus, ut quia sacrilegus, excommuni-
catus, fatuus, hereticus, paganus, perjurus
vel Ecclesie persecutor &c. et hac epe notoria
impedimenta Ducis Suevia Philippi, scilicet Ex-
communicationem publicam, perjurium mani-
festum, persecutionem divulgatam, quam pro-
genitores ejus et ipse presumpserint in aposto-
licam Sedem et alias Ecclesias, sic demum
alloquitur Bertholdum Pontifex: Nobilitatem
ergo suam monentes per apostolica Scripta man-
damus, quatenus a prefato Duce recedas omnino

non obstante juramento, si quod ei ratione regni
scisti, cum ꝑ eo quantum ad obtinendum impe- 149.
rium reprobato: / juramentum ejusmodi non debeat
observari.

Godofridus Monachus ad S. Pantaleonem Colonia
in Cronico ad eundem annu 1198. scribit: Colo-
niensem et Trevirenses Archiepos ꝑ Moguntino
in Palastina degente: / cum Bernardo Duce Saxonia
et alijs Epjs et Comitibus et Nobilibus plurimis
consilio habito Comitibus Colonia indixit Dominica
Oculi habenda, quibus Bertolfum Ducem Zeringen-
sem Regem Rem. nominarint, est alios quoddam
Principes Philippum Suevia Ducem Erfurti elegisse.
cui ultro cesperit Bertolfus acceptis XI. marcand
millibus et Ducatu.

Guillimannus ita proseguitur: Ceterum cum Ze-
ringus Imperium recusasset sponte, an accepta
a Philippo pecunia ꝑ: ejus cupidiorum pleriqꝫ tra-
dunt: / sive majores faciendos sumptus retinenda
semel capta dignitati quam opes ferrent, intelli-
gebat et modesta futaqꝫ, quam ^{ad}periculo sublimi
prooptabat, Principes Regni majori ex parte Otto-
nem Henrici Leonis quondam Saxonia et Bavaria
Ducis filium Regem sublegerunt. At Philippus
contra Ottonianos, qui in Alsatio erant, subito ex-
ercitum duxit, Argentina suburbana incendit, ci-
ves cum eorum Episcopo comiteqꝫ a Dachsberg Adel-
bertum Ottonis factionem deserere auctoritate

maxime et opibus Zerungi coegit; Coloniā pro-
 pter secundo Othone vectus cum Adolpho Archieps
 pacem fecit, ab eodem Coronam Regni germanici
 Aquisgrani suscepit, Othonem ultra Albim repulit.
 Qui cum postremo imparem se animadverteret, pactis
 cum Philippi filio nuptiis Imperium ejuravit,
 neque longe postea Philippi dominatio fuit. Otto
 Balatinus à Witelspach per prodicionem in Eubili
 Bambergae crudeliter necavit XI. Cal. Junij. Bruni-
 pes continuo Francofurtum delati Othonem, quia
 dicarant Imperio restituerunt. Hic Romam profectus
 cum Ducibus Bavariae, Lotharingiae, Zerungiae, Ca-
 rinthiae, Moraviae, Archiepiscopis Trevirensi et
 Magdeburgensi Imperator IV. ejus nominis ab Inno-
 centio IV. coronatus est, praestito Ecclesiae solito ju-
 ramento. Sed cum fidem per lubricitatem et avari-
 tiam subito profanasset, Ecclesiae dignitatem non so-
 lum non tueretur, sed etiam oppugnaret, omnia
 latrocinis et praeclationibus infesta haberet, eodem
 pene tempore sacro anathemate percussus et indig-
 nus imperio judicatur.

Regnum tunc a plerisque Principibus Frederico Ro-
 gerio Siciliae regi, Henrici IV. F. delatum, quae
 Electionem etiam Pontifex ratam habuit. Otto
 Fredericum usque Brisiacum persecutus, cum in
 Berchtoldo Zerungensi reliquum Spei possisset,
 ipse vero ad Fredericum Franciispet, delabente jam
 quoque

quoque milite, rebus desperatis in Saxoniam 157.
sepe abdidit. Fridericus maxima Principum fre-
quentia Aquisgrani a Theoderico Coboniensi Archi-
episcopo coronatus.

Observaveris hic, Lector, Tribus Imperatoribus per
hoc potissimum, quod Bertholdus Zeringius ad par-
tes eorum accederet, imperium firmatum, a quibus
vero receperet, his nihil tutum mansisse: ita hic
Princeps, quamvis à sua manu Sceptra repulerit,
tamen id auctoritatis sibi comparavit, ut ea non
alius, quam cui ipse bene vellet, moderaret.

An. 1215. cum Friderico II. in bellum sacrum rursus
accinguntur Principes non pauci et in his Berthol-
dus Dux, qui ab illa deinde expeditione rediens res
domi turbatas invenit; nam Aventici: ait Guilli-
mannus: et Artuater aliqz cogita Imperatoris
longinquis in regionibus absentia Rectorisque
Bertholdi simul nunc optimum quemqz et for-
tissimum sacre expeditionis sumpsisse socium,
rebellionis consilia, quae jam dudum coxerant,
effudere. Bertholdus primo ex Syria adventu
subitario milite ex Brisiacis facto in Tigurinos
properavit, tum apud Vindonispenses Adelberti
Habsburgiensis viribus et praesentia copiis ad-
auctus delectum Burgeorfij habuit. Inde recta
in Aventicum tendit. Haud inde procul cam-
pis, qui inter oppidum et Paterniacum jacent,

hostes obviam habuit, congressosque fudit et fugavit; in nonnullos ut concitatores belli animadvertit, alios Burgundia interdixit, praecipuos in vincula Burgdorfum transportavit, eum locum ex arce vicique oppidum fecit, manibus et fossis turribusque circumdedit, et supra portam hac adnotari fecit:

Bertholdus Dux Zeringiae, qui vincit Burgundiones, fecit hanc portam.

Similem inscriptionem Turri Brisiaensi, quam circa idem tempus extruendam curabat, praefixit, hos nimirum versus:

Hanc Dux Bertholdus portam struxisse notatur
Ex fraude sua Burgundia depopulatur.

Enarrato post haec idem Guillimanus, difficiliore cum Tedunensibus et Talepis bello, quos Alpes in via circumquaque tegunt, et quomodo angustissima forata exercitum illuc introduxerit, hoste per stratagemam distento alibi et eluso, victoriam reportavit. Subiungit deinde triste et ferale facinus Noverae, secunda nimirum conjugio Bertholdi duos mariti ex priori conjugio; quo Mathildem Vogburgiam habuerat; filios, Bertholdum et Conradum, adhuc pueros in medicina locum propinquo veneno extinguentis, adeoque Stirpem Zeringiam florentissimam uno velut ictu exsurgentis, cuius scelerata femina caput a cervicibus recisum unacum pueris, quos peremerat, uno eodemque loculo Soloduri condidit Bertholdus, neque

multo post ipse morore contabuit IV. Non. Martij
anno et loco his versibus indicato

153.

Dum bis Sexcentis ter senus additur annus
In Friburg moritur Bertholdus Dux Alemannus.

Cap. XXIV.

De Hermanno IV. Marchione Badensi
ejusque Fratribus.

De hoc Lifforius: Hermannus IV. Marchio Verona,
Dominus de Baden, auxit provinciam Forzema, Durla-
co et Ellinga et dote uxoris. Principem pium et bel-
licosum vocat Henninges.

An. 1208. in Donationis instrumento, quo ab Hen-
rico Saxonie Duce et Comite palatino Rheni Socero
suo Trebenkusanum monasterium locupletatur, testes
adhibiti leguntur de Clero Justardus abbas de Heme-
rde, Walterus Schonaugiensis abbas &c. de Laicis
Margravius de Baden, Comes Hüsfulter, Warnerus
capifer &c. Acta Wormatia anno ut supra.

An. 1215. teste Godefrido monacho S. Pantaleonis
in Chronico, cum Friderico Rege Rom. Aquisgranii ipso
Coronationis die ad subventionem Terra sancta si-
gnati fuerunt Sifridus Moquntinensis, Archiepus Les-
vicensis, Dux Merania, Dux Brabantia, A. Dux
de Limburg, Dux de Ancoij, palatinus comes de Tu-
ingen, Marchio de Bade, S. comes de Los. W. comes

4 Berwinberg. Batavi-
ens. Argentorensis Epi-
scopi